

idcirco prefata Romanorum Pontificum, responda ad vnguem memorie, commendanda sunt, ne quis falsa eorum interpretatione deceptus, ab optimis institutis temere deuerit.

## SUMMARIUM.

- 1 Clerici maxime in sacris constituti, & Sacerdotes, praesertim pudicitia preminere debent, &c. n. seqq.
- 2 Clerici licet votum castitatis explicitum non emittant nec sit essentialiter annexum ordinis sacro defibitione continens, constitutione tamen Ecclesia illam tenentur seruare.
- 3 Clerici forniciantes duplii culpa maculantur.
- 4 Rector Ecclesie mundus esse debet, ut hic late exponitur.
- 5 Pudicitiam imprimis esse retinendam, quoniam ea amissa, omnis ruit virtus, & libido in potente & honorato est deterior.
- 6 Reges plures ob vitium luxurie fuerunt interficti & expulsi à Regno.
- 7 Sancti confessores inter alia de pudicitia & castitate ab Ecclesia Catholica laudantur.
- 8 Diuinus Paulus maxime adborrens fornicationem, precipit eam fugiendum, & alia plura in proposito dicit.
- 9 Exhortatio auctoris circa idem.
- 10 Talius imbonestis fugiendo: Referuntur plures, qui per mulieres fuerunt decepi.
- 11 Consorcionis mulierum fugiendum propter plura, de quibus hic.
- 12 Sanguinis menstruosi contactu plura mala subsequuntur, de quibus hic.
- 13 Concubinatus atque omnis fornicationis crimen legi divinae prohibetur.
- 14 Item iure naturali.
- 15 Iure Canonicio est proibita.
- 16 Haereticum est affirmare simplicem fornicationem, non esse peccatum mortale.
- 17 Iure ciuilis antiquo an sit licitus concubinatus.
- 18 Iure ciuilis noviori fornicatio simplex est illicita.
- 19 Homo agit contra naturam, aliud coitum, quam uxoriuum, sedando.
- 20 Iure etiam Regio reprobatur concubinatus & gravibus penas punientur.
- 21 Per sacram Conc. Trid. concubinatum maxime damnatur atque punientur, ut hic.
- 22 Episcopus potest concubinarios etiam laicos punire.
- 23 Index Ecclesiasticus ratione peccati publici potest contra laicos procedere eosque punire.
- 24 Concubinatus crimen est mixti fori.
- 25 Ecclesia meretrices ac lupanaria tolerat ob existandum malum.
- 26 Porcellati publica licet permittere, ut in aliqua ciuitatis parte sint meretrices. Sed contra n. 29, non tam licet permittere lupanaria constituendo eis patronos, & locando domos carius quam locarentur honesti, ut in n. 27, locaret tamen meretrices domum ad meretricandum in ea parte ciuitatis, in qua permittitur eas habitare, non erit peccatum, ut in num. 28.
- 30 Veras uxores quandoque dici à canonibus concubinas.
- 31 In veteri testamento quomodo intelligatur, id quod legitur, aliquos sanctos viros habuisse concubinas.
- 32 Concubinae olim erant non illegitime & fornicarie, sed uxores minime principales, quarum filii non debebant hereditatem, nec aequalia honor, non sacerdotium, non primogenitura, sed munera tantum recipiebant, & ministrasse charitate complebant, & se in eam.

## Canonicar. Quæst. Lib. II. Cap. VII. 299

- 33 Lex civilis appellat has concubinas iniustas uxores, quia ducebantur, non seruato solemnem modo.
- 34 Concubina nomen apud veteres erat honestum.
- 35 Concilio Teletano permisum erat, babere concubinam, id est, uxorem minus solemniter ducent, his, qui iniusta uxore carebant.
- 36 Quomodo licetur sanctis patribus simili plures uxores habere.
- 37 Clericus in sacris constitutus fornicando simpliciter, quinque crimina committere dicitur, secundum Dd. nempe adulterium, sacrilegium, stuprum, incestum & contranaturam, & n. 28. & sequentibus probatur quoad adulterium.
- 38 Fili presbyterorum sunt adulterini, sed contrarium, num. 49.
- 40 Quod sacrilegium probatur hic: quoad stuprum, n. 41, quoad incestum, n. 42. & n. 43, quoad contranaturam.
- 41 Verius & receperius est contrarium, nempe, quod clericus in sacris fornicando cum muliere soluta, tantum committit simpliciter fornications crimen, non vero casera supra enumerata, ut nuncupatio probatur n. 48 cum sequentibus.
- 45 Religiosi fornicando, adulterium committit.
- 46 Episcopus fornicans adulterium committit.
- 47 Sacerdos cognoscens carnaliter filiam spirituali, incestum committit. Idem quando est ex eius parochia.
- 48 Clericus in sacris propriis non contrahit matrimonium cum Ecclesia, nec etiam canonicus cum probenda.
- 50 Monialis fornicando committit sacrilegium, incestum, & adulterium.
- 53 Clericus concubinarius cum soluta deponi non debet, sed tantum suspendi ab officio & beneficio ad tempus præterquam si fornicatio habeat insigne deformitatem, ut adulterium, incestus, stuprum, & similia, ut in n. 55. Secundo limitatur in clericis rem habente cum moniali, id deponendum est, ut in n. 6. Tertio limitatur in clericis matrimonium de facto contrahente cum soluta, ut in n. 57. & an pro fornicatione continuata, num. 58. pro criminis contra naturam depositione, ut in num. 59. & cognoscens Filiam suam spirituali, ut in num. 60. Idem in cognosciente eam, que propter Sacramentum Penitentie effecta fuit sibi filia spirituali, ut in num. 61. Idem in sacerdote cognoscente parvianam suam ut in num. 65. & eam, quam tenuit in Sacramento Confirmationis, ut in num. 64. Idem in religiosis fornicantibus, ut in num. 66. Idem in Episcopo fornicante, secundum aliquos: sed senior & communis sententia est in contrarium in hoc, ut in num. 67, probari tamen testibus debet hoc crimen in predictis quibus penas depositione pro eo imponitur, aliae si in occulto reuelatur superiori, mitior pena delinquendi punientur est, ut in n. 62.
- 54 Laici conjugati fornicantes magis peccant quam clericis non conjugati.
- 55 Sacerdos magis peccat cognoscendo carnaliter filiam spirituali, quam uxorem alterius.
- 56 Clericus ob simplicem fornicationem arbitrio suo indicis punitur, & sacrum Concilium Trident. quid in hoc disponat, refertur.
- 57 Indices Ecclesiastici an in puniendis clericis concubinariis sententiam potius quam aquitatem, vel e contra seruare debeant,
- 58 Operat tamen huiusmodi indices contra concubinarios clericos procedentes, esse viros graues, &c.
- 59 Clericus concubinarius in preposito dicitur, qui solutam mulierem, & corruptam, nullo sibi spirituali, vel carnali cognoscens, vinculo coniunctam domum retinet,

## CAPUT VII.

## De concubinatu eiusque penia.

- 1 Clerici, & maxime in sacris constituti & sacerdotes, præ laicis pudicitia præminere ac pollere debent, secundum Abb. in cap. ut clericorum n. 2, & honest. cleric. Illi enim licet votum explicitum caſtitatis non emitant, nec sit essentialiter annexum debitum continentis ordini factu, sed ex statuto ecclesiæ, implicitum nempe, in ipsa ordinis suscepione abditi, & ideo constitutio Ecclesiæ ea tenet sententia, id ipsa Ecclesiæ præcipiente, ut in Conc. Trid. Sess. 14, in pris. Canon. 9. ibi: Lege Ecclesiastica, & cap. 18. dist. 32. dist. per totam, & docet D. Thom. 2. 1. quæst. 88. art. 11. in corpore, ad fin. & ibi Caïet Dominic. A. Sol. lib. 7. de inst. & iur. quæst. 5. art. 3. ad 2. Paul. Card. & Imola in Clement. ad nostram. §. 7. de heret. Praeposit. in rub. qui cleric. vel volunt. Coſmas Guimieri in pragmat. S. Gallic. tit. de concub. §. cum omne glossa continere. fol. 201. col. 1. Nauar. in Man. cap. 21. num. 5. & cap. 25. num. 108. est optima glossa. 2. in fin. in cap. cum olim, de cler. coning. dicens, ex constitutione Ecclesiæ introductum est, ut qui ad sacros ordinis vult promoueri, prius continentiam debeat profiteri expresse aut etiam tacite: Eo enim ipso, quod quis promouetur ad sacram ordinem, tacite intelligitur vocere continentiam, est nullus flat mentio de votu continentiae: quamus alii teneant, votum solemne emittere, sed quod prediximus, verius est.

Et quod principio diximus, non solum intelligentiam est de castitate, que rei uxoris opponitur, sed etiam de illa, que simpliciter omni adulteriatur copula.

*Qui prius, prudens, buonilis, pudicus,*

*Sobrinus, caitus, fuit & quietus,*

*Vita dum præfensi vegetauit eius.*

*Corporis artus.*

Hinc etiam & D. Pau. maxime abhorrens fornicationem, præcipit Corinthiis, ne sumerent cibum cum fornicatore, auaro, idolis serviente, maledico aut ebrio, aut rapace, dicens: *Quid mihi est de his quibus foris sum indicare?* ut 1. Corint. 5. & statim c. 6. inquit: *Fugie fornicationem:* nec fornicari nec idolis servientes nec adulteri, neque molles neque masculorum concubinores, neque fures, neque avari, nec ebrios, nec maledicos, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et iterum, c. 10. inhibet fornicationem, & ad Hebr. ap. 12. sic etiam præcincti lumbos iubet, quia viris luxuria in lumbis est. Caneant & igitur, horrot in Domino, omnes præfertim facriss insigniti, ac totis viribus fugiant immunditiam & fornicationem, caterosque actus & ratetus impudicos ac inhonestos femininarum, ne illis accomodetur sententia illa Dominica: Iuda, osculo filium hominis tradis? Nonne, quæsto, sacerdos, qui labiis ac ore contingens & sumens corpus Domini, & postmodum illa polluens, impudicus mulierem decollatur, illo osculo filium hominis tradit: Unde & deus & versus;

*Ni fugias tacitus, vix evitabatur attus.*

*Hos igitur vita, ne moriaris ita,* scilicet peccando, & sic aeternæ morti te obligando, quia stipendum peccati mors est, ad Rom. cap. 6. Item

Item D. Hieron. deceptionem mulierum cimens ait: Non sum forior Samsonem, sapientius Salomonem, sanctior Davidem, qui tamen per mulieres decepti fuere: Samson per Dalidam: Salomon per alienigenas Moabitas: David per Berabeen, ut refert Cosmas Guimier vbi supra de concubinariis, §. publici, in gloss. tenet. fol. 189. col. 2. prope finem, vers. hinc versus, vbi t admonet, fugiendum mulierum consuetudinem, tum propter carnem infatibilitatem in huiusmodi vitio carnali, quia Proverb. cap. penul. legitur, quod os vulne est infatibile: tum propter consumptum proprii corporis & pecuniae, quia genus mulierum est avarissimum, ut in. si ego, ff. ad Vellian, unde Proverb. cap. 2. Qui nutrit scorpionem, perdit subtilitatem suam: tum propter evitatem infamiae, quia luxuriosus maculatur: tum propter vitationem peccata externa: tum propter frequentem & abominabilem vilitatem sanguinis mensufoi, & cuius contactu fruges non germinant, arefunt arbusta, moriuntur herbae, amittunt arbores fructus, nigrificant aera, & si canes inde edant, in rabiem effruntur, ex eaque corruptione leprosi & elephantiaci seu alias deformes nascuntur: Vnde merito libido describitur, quod est res turpis & humili, ex turpium membrorum operatione profligens, exitu foeda, cuius effectum necessestio pudor sequitur, vel pœnitentia. Hec ille.

13. Concubinatus t igitur atque omne fornicationis crimen lege diuina prohibetur, ut probatur aperte Exod. 20. Non machaberis: transumptu in cap. non machaberis 32. quæst. 6. Deut. 13. ibi: Non erit meretrix, & i. ad Corint. 6. Fugie fornicationem, & in 6. præcepto diuino, vt doceat ecclesia: omnis enim coitus, excepto uxorio, iure diuino fuit reprobatus omni tempore, vt inquit Ant. Rosel, de leg. lib. 1. c. de casu ann. 14. terit. legi. num. 9. fol. 6. r. r. dñi. dñi. & non t solum iure diuino, sed etiam iure naturali: vt probat Ioan. à Turrecrem. in cap. quod autem, art. 1. 32. 9. 4. & ita D. Thom. in 4. sentent. dist. 3. q. 1. art. 3. dicit, quod habere concubinam, est contra legem naturae, & peccatum mortale, & in pragm. S. Gallic. in tit. de conc. §. & cum omne, dicitur. Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitus sit, & sub pena peccati mortalis necessario cuitandum: & ibi Cosma Guimier plura conget: & quod simplex fornicatio sit iure naturali verita, & peccatum mortale, tenet idem S. Th. 2.2. quæst. 154. art. 4. & Maior in 3. sententiis dist. 27. quæst. 19. Sylvest. vers. luxuria, num. 3. & Laet. Firm. lib. 6. c. 23. & Ioan. a Med. in suo codice de resili. quæst. 19. & D. Couat. in 4. deponf. 1. p. 1. 4. in princ. num. 8. Ioan. à Rojas in epitom. success. cap. 10. num. 2. & quod fornicatio simplex de iure diuino sit prohibita, & proculdubio peccatum mortale, tenet omnes S. Theologi, vt testatur Affl. super 1. p. constit. Reg. rubr. num. 21. vt refert Iul. Clar. lib. 5. recept. senten. in §. fornicatio in princ. & fuit declaratum in concilio ab Apostolis in Ierusalem celebrato, vt scribit S. Lucas actuum Apost. c. 15. refert Magist. Villegas, in 2. p. Flor. sanct. c. 3. in princ. De la vida de los Patriarcas. Vnde perperam Alex. in l. ex facto, & quis rogatus, el. 1. num. 13. ff. ad Treb. assert. simplicem concubinatum iure naturali non esse prohibitum, & Ant. Rosel. vbi supra. num. 11. quod nati ex quacunque concepcionem, erant legitimii.

15. Iure etiam t Canonico fornicatio est prohibita, vt in c. meretrices, & in c. nemo sibi, 32. quæst. 4. cum simil. & in prob. tit. 14. p. 4. & haec res nullam habet difficultatem: Nam omnis coitus præter matrimoniale, est prohibitus in foro conscientia, secundum canones, vt tener gloss. in Clem. ad nostrum, in verb non est, de ha. re, quam sequuntur omnes, vt dicit Caccialup. in re-

per. l. si qua illistris, num. 30. in fin. C. ad Orific. & refert Iul. Clar. vbi supr. §. fornicatio, in prim. & in vers. in primis, & Cosma Guim. vbi supr. in gloss. mortalibus, in fin. fol. 199. col. 1. Ant. Rosel. vbi supr. n. 2. sequitur Rojas dist. num. 23. Quinimo t esse hereticum, affirmare, simplicem fornicationem non esse peccatum mortale, vt in d. Clem. ad nostrum, in vers. 7. ibi: Altus autem carnalis: quam harcen pulchre cōcūnici Alfon. à Castro lib. de bāreis, in dīctiōne, Coris: quibus suffragatur Augustinus, à Gratiano relatus in c. audite, 34. dist. & in sermonib. de tempor. Domin. 22. sermone, & Couat. vbi supr. & ita fuit deciscum in curia Tholosana, teste Austerio decisi. 346. item fuit queſtū, quem refert Mantua conf. 239. num. 8. lib. 2. & Iul. Clar. §. hab. paulo post prin. ibi: Hinc refertur.

Iure autem t ciuii cōcūniciū esse licitum incaute affirmauit Bar. in l. in concub. n. 2. ff. de concub. & Aug. Botor. in c. in p̄f. n. 22. de prob. & non esse reprobatur iure ciuii veteri, cum Bart. vbi supr. tenuit Cosm. in dīct gloss. mortalibus, fol. 198. col. 2. in fin. & fol. sequ. & est magis communis concl. secundum Alex in d. §. si quis rogatus, num. 15. & Iul. Clar. plures alios referentes in d. §. fornic. vers. & in primis, ibi: Sed de iure ciuii, vbi hanc suspicatur in puncto iuriis veriorē esse, & quod propterea ab ea in iudicando non recederet, & hoc per totum tit. C. & ff. de concub. Requies tamen dixissent, simplicem concubinatum lege ciuii non puniri vel esse peccatum, sive toleratum. Præmaxime, t cum etiam iure ciuii nouiori simplex fornicatio, sit illicita, vt probatur in cap. 1. de filiis nat. ex matr. ad morgan. contrah. in vñ. feud. ibi: Qui nolens existere in peccato, eam depositus, &c. Ita cum iudicio adiudicet & tenet Didac. Courant. tit. 3. lib. 1. ord. col. 169. post Cacciālup. quem ad hoc refert, in d. si quis illigeris, num. 27. Idem etiam Ioan. à Rojas vbi supra. num. 21. sicut est communis testolutio Doctor. quod licet antiquitus de iure ciuii concubinatus fuisse admisus hodie tamen non modo iure Canonico, sed etiam iure ciuii videtur prohibitus, per d. c. 1. vt plures allegans testatur Tibertius Deciah. con. 5. n. 94. lib. 1. & dicunt magis communem, plures refert, Frane. Mantic. libr. 1. de coniug. pol. volu. tit. 8. n. 3. conduct. pro. m. tit. 14. 9. 4. ibi: Confinerentes que aliquos nos padieſer aueſ ſin pena temporal, & in l. 1. eod. tit. ibi: Segun las leyes & in l. 2. eod. tit. & Greg. Lop. in d. proam. allegat Gulin. Bened. & Holtien. idem probantes, nempe, quod etiam hodie iure ciuii sit prohibitus concubinatus: idem tener Abb. in d. c. vt cleric. num. 7. de vñ. & honest. cleric. & Fel. in c. cum fit generale, num. 13. in vers. respectu concub. de foro comp. & Sylvest. in fama, verb. concub. num. 2. & testatur communem cum Felin. vbi supr. Anend. in 2. p. pref. c. 26. num. 1. & t dixit notabiliter Ioan. Fab. in princ. In 19. si quidam pauper. feciss. dicatu, quod homo agit contra naturam, alium coitum quam vxoriuſ sectando: sed hoc procedit quantum ad peccatum, non vero quod penam temporalem, secundum Greg. Lop. vbi supra.

Iure etiam t nostro Regio reprobatur concubinatus & grauibus penis punitur, vt videre licet per II. tit. 19. lib. 8. Non. Collet. Reg. in quarum 1. in princ. sic dicitur. Deshonesta & reprovada coia es en derecho, que los clérigos y ministros de la sancta Iglesia, que son elegidos en suerte de Dios, mayormente sacerdotes, en quien due auer total limpiez, ensucien el templo consagrado con malas mujeres, teniendo mancebas publicamente, &c. Sacrosanctum t etiam Concil. Trid. Sess. 24. in decret. 21. de reform. cap. 8. hoc crimen abhorret, existimat, graue peccatum esse, homines solitos concubinas habere; grauissimum vero & in contemptum singularem

Iure Sacramenti matrimonij admisum, vxoratos in hoc damnationi statu viuere: Quare statuit, si postquam ab ordinario, etiam ex officio, ter admoniti ea de te fuerint, concubinas non eicerint seque ab eam confutudine non sciunxerint, excommunicacione feriendos esse, à qua non absoluuntur, donec re ipsa admonitione facta paruerint: Quod si in concubinatu per annum, censutis negligitis permanferint contra eos ab ordinario seueru pro qualitate criminis procedatur: Mulieres, sive coniugatae, sive solitae, quia cum adulteris, seu concubinatis publice viuent, si ter admonite non paruerint, ab ordinario locorum, nullo etiam requirent, ex officio, grauiter pro modo culpæ puniantur, & iuxta oppidum vel diccesum, si id eisdem ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit, brachio seculari, eiectantur, aliis penis contraria adulteris & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus. Ex t quo manifeste deducitur, ad Episcopum spectare de eo criminis cognoscere atque laicos huiusmodi concubinarios punire, iuxta formam eiusdem decreti: Ratione t enim peccati publici iudeo ecclæsiasticus potest contra laicos procedere eosque punire, iuxta tradita de pot. ecclæsiast. super laici, num. 4. 24. & 36. vol. 14. tract. diuer. dñi. quicquid in concubinâ laici aliud dicitur. Cosmas Guim. vbi supr. in gloss. arcere, fol. 192. col. 1. in fin. 22. concedens tamen in concubina clerici: t sed cum vtroque imo omni iure sit prohibitus concubinatus, vt vidimus, erit hoc crimen mixti fori, siveque laici concubinari poterunt, tam per ecclæsiasticos iudices, quam per seculares puniri, vt plures allegans refoluit. Auend. vbi supra num. 2. & de concubina clerici Abb. in d. c. vt cleric. num. 7. de vñ. & honest. cler. & Boſſ. in præf. criminis de coitu damno & punib. num. 1. & de vñisque, nempe laicis, eorumque concubinis publicis, vt aduersus eos ealque procedere possit ad punitionem ordinariis ecclæsiasticus, decidit expresse Concilium Trid. vbi supr.

23. Nihilominus tamen Ecclesia meretrices publicas tolerat, ac lupanar, ob cuitandum maius malum promiscue luxurie in Republica & fedissimis coniunctiones, vt patet in cap. inter opera, & deponf. vbi dicitur: Quod qui publici ab mulieribus lupanari extraxerint & duxerint in uxores, hoc quod agn. in remissionem proficiat peccatorum: Sape namque propter malum vitandum toleratur minus, c. duo mala, & c. cernui. §. fin. 1. dist. & tamen ad meretrices que huiusmodi publicas mulieres accedere mortale peccatum est, vt in d. c. meretrices, 32. quæst. 4. etiam meretrices siveque laici, qui id permittere, in eumque vñis meretricandi eam conducere vel condūcum habere, si de novo postea eidem velocet. Nihilominus tamen contrarium in vtroque aduersus Nauar. indistincte latissime probat Ludou. V. via in respons. in casu conficien. easq. 27. dum tamen abit complacencia turpis vita in locante, qui nihilominus admonendus est a confessario, vt similibus personis, quantum fieri potest, locare domum caueant.

Quinimo, t eti, quod prædictum de permissione meretricum atque lupanatis, receptum sit communiter, optimaque ratione & auctoritate funderat atque proinde potestas publica, rectoresque aliquis populoſe ciuitatis, qui id permettere, atque effici curarent, excusentur propter corum rectam intentionem, vt maiora inconvenientia vitentur, quasi hoc ad bonum regimē ciuitatis, cui operantur atque student, spectare videatur: mihi non displicet sententia Nauar. nempe expedire id non permittere, ex pluribus, quae ibi confidat, & potissimum, quia difficile est defendere, licere eis hoc facere aut permittere, vel locare domum, in quibus meretricentur. Secundo, quia multi pueri incipiunt hac occasione naeta prius pecare, quam alioquin inciperent. Tertio, libido non extinguitur ne tollitur, immo accenditur eius vñi secundum Magistrum sententiarum lib. 2. dist. 24. addito praepuc malo habitu forniti sensualitatis. Quarto, quia

24. Ex quo infestus dicitur t potestati publice præmittere, vt in aliqua ciuitatis parte sint meretrices: tollere enim meretrices de mundo, & sodomitam, totus efficiere reprobis, secund. D. Ang. in lib. de ord. cap. 4. parum ante medium, 1. tom. quem refert D. Thom. 2.2. 9. 10. art. 11. in respons. dicens, quod vt Deus permittit aliqua mala, quo maiora vitentur vel maiora bona se-

quia potius refranatur mala inclinatio habitu castitatis, resistendo illi, quam introductione atque permissione lupanaris. Quinto, quia ex huiusmodi permisso ne non consequitur finis, per eam praeferitus puta, ne honestæ & feminæ sollicitentur: quia, si ut prudentes viri aliant, qui ad eas solicitandas sunt apti, non audent meretrices, immo postquam male sunt eis assueti, tanto magis honestæ sollicitant, quo maiori imperio nature & virij feruntur. Sexto, quia ipse Nauarr. nouit pueros castissimos venientes ad academias ex terris, vbi non est huiusmodi occasio forniciandi, ob eam oblatam, animas, studia & corporacutio infecta perdere. His & aliis rationibus, quas omittit, id nescit Nauarr. dif-  
fiuadre. Addo ego aliam, nempe, quod ex predicta permissione datur anfa rusticis atque simplicibus aliis, que vilibus hominibus peccandi, qui alias minime vel non ita frequenter peccarent, propter difficultatem nanciendi similiam occasionem, qua cum sibi facilis atque liber, a pena temporali publice offeratur, fre-  
quentier arripiatur atque amplectetur ab eisdem, ita, vt quories ad ciuitates & oppida pro rerum suorum via atque commercio accesserint, ob id consuetudinem habebunt libidini propria satisfaciendam, immo eo forsan frequentius, quam porrebit, ad ciuitatem & oppida accendent. Denique ex predicta permissione plures pecca-  
bunt forniciando, quam alias peccarent. Nec obstat quod si meretrices vel lupanaria non permitterentur, fodiissimi coitus in Republica contingeret possent, nempe, contra naturam, &c. hoc namque si ali-  
quando acciderit, non erit de defectum metetericorum aliarumque mulierum inhonefatarum, atque incontinen-  
tium, cum his Republica abundet, prohibitis tamen & occulto delinqentibus quinquo & vbi sunt mere-  
trices permisæ, contingit predicta peccata nefanda committi atque publice puniri, ob pessimam arque bestialem hominum inclinationem, potius quam ex defectu mulierum publicarum atque lupanaris, idque frequentius solet accidere in ciuitatibus & oppidis populissimis, ob multitudinem atque diuersitatem gentium earumque pessimam inclinationem: quare ergo non permitteremus hec consulemena permitendas meretrices & lupanaria.

30 Illud præterea in proposito admonere censuimus, versus vxores quandoque dici à canonibus antiquis concubinas, eo, quod absque dotabilibus instrumentis cæterisque solemnitatibus à iure ciuili introductis suis coniugium celebratum, vt probat Gratian. in cap. omnibus, & cap. sequenti, 34. distill. quæ iura in hoc citat Cattellian. Cotta in suis primis notabilibus, & D. Couar. in de sponf. 1. par. cap. 4. in princ. n. 8.

Offerit & sic nunc dubitatio necessario diluenda, quo-  
modo in veteri Testamento legitur aliquis sanctos vi-  
ros concubinas habuisse? Quam dubitationem sustulit S. Thom. distill. 33. quæf. 1. art. 3. ad 3. afferens, quod quoties hoc legitur in veteri Testamento, oportet di-  
cere, eas illis suis matrimonio coniunctas, & tamen eas concubinas aliquo modo dici, quod aliquid habeant de ratione vxoris, & aliquid de ratione concubi-  
na: Nam secundum quod matrimonium ordinatur ad sumum principalem finem, qui est procreatio, sic erant vxores: Sed secundum quod ordinatur ad secundarium finem, qui est dispensatio familiæ & mutua communicatio operatum viti & vxoris, & simul co-  
habitationis, sic vxores non erant, quæ primæ vxori ac-  
cedebant, sed concubina appellabantur, quasi simile aliiquid habentes cum concubina, in hoe scilicet, quod poterant eijs à lecto, & à domo, sicut illa, quæ vere est concubina: Vnde de Agar dicitur per Saram ad Abraham: Eiice ancillam hanc, & filium eius, quam tamen prius dederat ipsa viro suo vxorem: talis etiam

dicitur fuisse Bala ipsi Iac. Genes. cap. 35. Sic & Aloysius 32 Lippomanus super Genes. cap. 22. inquit: Concubina olim erant, non illegitima & fornicaria, sed vxores mini-  
me principales, quarum filii non debebant hereditatis, nec  
equalis honor, non sacerdotior, non primogenitura, munera  
tantum recipiebant, & mutua se charitate completeban-  
tur, & se seruabant: quem referit & sequitur D. Co-  
uar. vbi supra, numer. 9. & Menoch. de arbitr. iudicis  
3. cap. 48. num. 15. & 16. vbi & quod lex civilis ap-  
pellat has concubinas iniustas vxores, hoc est, vxores,  
qua ducebantur: non obseruato solemnem more, qui in  
ducendis iustis vxoribus seruabantur, de quibus iniustis  
vxoribus loquitur Vlpianus in l. 5. xviii. in princip. ff. ad  
l. 1. ad. adulti, quem locum ecclie declarant Hotom.  
Iacob. Cuic. Tiraq. & Iacob. Ruard. per eum ibi cita-  
ti. Eodem pacto iusta ciuilia Pandectarum, quæ de con-  
cubinis loquuntur, intelligenda sunt: Etat & enim apud  
veteres concubina nomen honestum, cum ea loco  
vxoris haberetur, arque circa criminis notari: vxor au-  
tem minime dicebatur, quia non solemniter ducta, vt  
in l. Maffius. ff. de verb. signif. vbi Alciat. hoc nomi-  
nat notat, quem sequuntur Couart, & Menoch. vbi  
supra.

Sic etiam & in Concilio Toletano, relato in cap. 35 cui, 34. distill. permisum erat, habere concubinam il-  
lis, qui vxore iusta carebant. Hanc tamen concubinam intelligenti & id, de uxore minus solenniter dueta, quos sequitur Mascardus de Sufanis in tract. de caib.  
3. part. cap. 9. num. 1. & Card. Paleot. in tract. de nob. &  
ff. & c. cap. 12. in fin. prout eos refert & sequitur Menoch. vbi supra, num. 20. Sed & quomodo licuerit sanctis  
patribus simul plures vxores habere, cum de iure di-  
uino id esset prohibitum, vt in c. gaudemus, de diuini-  
vers. quia vero, & late probat Alfon. & Castr. lib. 11. ad-  
uersus heres, verb. magia, in 4. heresi. Ad hoc Innocent. III. Summus Pontifex respondet in d. gaudemus,  
in versiclo nec illi enquam, dicens, illos sanctos Patriarchas plures accepisse vxores propter reuelationem  
nisi diuinum hoc illis factam, per quod sicut Iacob à mendacio Israhelitæ a furo, & Samson ab homicidio,  
sive Patriarchæ & alij vii iusti, qui plures leguntur  
similiter habuisse vxores, ab adulterio excusantur: quæ de  
revidendum est diuinus August. in lib. de bone coniugal.  
cap. 13. & 15. quem citat in proposito Castr. vbi supra.  
dicens, aperte ipsum Augustinum, docere, aliam valde di-  
uersam esse, hoc tempore sub novo Testamento ma-  
trimoniū rationem, & longe aliam in tempore præte-  
rito, quando vetus Testamentum plenam habebat virtu-  
tem & efficaciam: Nam sicut pro varietate temporu-  
rum statua etiam humana variantur, ita Deus pro varie-  
tate temporum varias condidit leges & varias  
etiam eiudem legis fecit dispensationes: Ab initio  
enim mundi (vt Salvator noster ait) masculum & fe-  
minam fecit eos Deus, & matrimonium inter solos  
duos constituit, vt essent tantum duo, non plures, in  
carne vna, & si illi primi parentes in iustitia perse-  
raffent, semper in temporis successo matrimonium in-  
ter duos tantum, prout à principio conditum erat, ce-  
lebraretur. At cum postea hominum malitia adeo cre-  
uisset, vt fere omnes idolis se fereant & fallos Deos  
coherent, paucissimis in cultu Dei permanentibus, de-  
crevit Deus, viros seruos suos pluribus feminis per  
matrimonium copulare, vt cultores veri Dei multipli-  
carentur, & sic Angelorum ruine citius repararentur.  
Benigne igitur in hac dispensatione fecit Deus in bona  
voluntate fusum cum humano genere, vt sic cito ex homi-  
nibus, tanquam ex viuis lapidibus, redisceretur muros  
celestis Hierusalem, qui peccantibus Angelis rupi-  
fuerant. Haec tenet Alfon. & Castr. vbi supra. Et quod  
ex diuina reuelatione & dispensatione licuerit olim

## Canoncar. Quæst. Lib. II. Cap. VII. 303

sancitis Patribus habere plures vxores, est communis  
secundum Marien. in proem. lib. 5. Nou. Coll. Reg. num.  
11. quicquid ipse ibi, num. 12. contrarium velit cum  
Specul. coning. sed communem sequitur & proba-  
cum aliis, reddens quatuor rationes eius Villegas in  
2. part. fol. 1. sanc. cap. 2. de la vida de Abraham Pa-  
triarcha.

In clericis autem ultra prohibitiones supradictas  
specialiter est damnatus concubinatus, et per iurum  
de cohabit. cleric. & mulier. & de vir. & honest. cleric.  
37 adeo & vt clericis, in sacris ordinib. constitutis, car-  
naliter le immiscens concubinæ vel alteri mulieri,  
quamus soluta, secundum Dd. quinque crimina per-  
petrare dicatur, nempe adulterium, sacrilegium, stuprum,  
incestum & contra naturam, vt ex Bermond.  
Chober. refert & probat Menoch. vbi supra, num. 7.  
cum sequentib. Et primo quad adulterium probatur:  
Nam presbyter quasi contraxit matrimonium spiri-  
tuale cum Ecclesia, & quia in assumptione sacrorum  
ordinum suscipere dicitur Ecclesiam in sponsam, cui  
taliter impunit promittit continentiam seruare, argu-  
m. anib. de monach. 6. si quis autem, in versiculo, si  
quis autem monasticam, coll. 1. Vnde cognoscens mulie-  
rem solutam, videtur adulterium spirituale commit-  
tere secundum Hostien. in summa de cohabit. cleric. &  
mul. 9. quam panam. Abb. in cap. si quisnam, ed. in.  
& in cap. vt clericor. num. 2. de vir. & honest. cleric. Ant.  
de But. in cap. 1. si clericis in prime, ob ind. sequitur Con-  
fessio Guimier in d. pragmat. S. Gall. in gl. arcere, fol. 192.  
39 col. 2. & Hinc gl. in cap. per venerabilem, verb adulterio-  
nis, qui filii sibi legitur, affirmit, quod filii presbytero-  
rum sunt adulterini: Nam presbyteri cum fornicati-  
tur, adulterant, cum sunt quasi mariti Ecclesiarum, ut  
in cap. Cenomanensem, 5. 6. distill. quam gl. dicit menti-  
tenandam Abb. ibi num. 32. & Paul. de Elizac., & Io.  
de Ingol. in Clemens. 1. de officio ord. & notabiliter dicit  
Cosmas vbi supra, calm sequitur, & cum ea simpliciter  
transit Couart. in 4. 1. part. cap. 8. 5. num. 14. & Io. à  
Rois in epitol. success. cap. 20. num. 5. & eis communiter  
receptam refert Icl. Clat. & fornicatio, vers. cum  
presbytero autem, ex Conart. in 4. fol. 172. col. 4. & Pla-  
lib. 1. delibor. cap. 4. num. 3. & quod hoc calu sit  
annexum adulterio spirituale, tenet Abb. in cap. at  
si clerici, in princip. num. 3. ibi: Si non duxit eam in vxo-  
rem, de iud.

40 Quod & sacrilegium ratio esse videtur, quia cum  
Deo dicati sint, id est, sacra, si per copulam carnali-  
mem cum muliere separantur a Deo, sacrilegi efficiuntur:  
quod ultra supradictos sequitur nuncupatum  
Cosmas Guimier vbi supra, alios allegans, id probare  
nitens ex text. in c. que Christo, & in c. virginib. 27. quæf.  
1. ex quib. dicit Abb. in cap. quia circa, num. 5. de bigam.  
quod constitutus in sacris, plus peccaret fornicando,  
quam coniugium adulterando: quem refert & sequitur  
Cosmas vbi supra.

Quod tertium, & hoc est, stuprum, eo videtur pos-  
se probari fundamento, quod clericis, saltem ex consti-  
tutione Ecclesiæ, vt prædictissimus, tenuerit continen-  
tiam seruare: Ergo si fornicetur, videtur respectu sui  
ipsum stuprum committere: quod probat Bermonius  
& Menoch. vbi supra, & Paul. Girland. de penit. omnif. 45  
coiu. 9. 15. & vlt.

42 Quod quartum, & hoc est, incestum, id probatur  
ex gloss. in l. 2. verb. filij, C. de Episcopis & clericis. que-  
tenter, quod filii clericorum concepti, postquam sunt  
constituti in sacris, sunt incestuosi, quam ibi Bartol.  
Bald. & Paul. & Angel. sequuntur, & sequuntur ibi  
Dd. secundum Dec. in cap. at si clerici, in princ. num. 36.  
& eis communiter approbatam à doctoribus affirmat  
Paul. Girland. de penit. omnif. egism. quæf. vols. num. 3.

Limitatur & secundo communis sententia, vt con-  
stat. C. c. 2. Ita

vol. 10. tract. diuer. dol. quem refert practica Conradi  
fol. 376. n. 11. qui etiam fol. 341. post n. 13. dicit, quod  
hac est communis regula testo Iul. Clar. in s. incepsius,  
vers. sed nunguid.

Quoad t̄ quintum crimen, hoc est, contra naturam, 43  
nescio, quomodo hoc probare possit Bermond, nempe  
clericum fornicantem cum muliere soluta, committe-  
re crimen contra naturam, cum ipsum auctorem non  
viderim, quia non potui eum reperire, sed tantum ex  
relatione Menochi cum cito, nisi alleget pro se dictum  
Fabri in princip. si quadrup. paup. fecit. dicas, afferens,  
quod homo agit contra naturam, alium coitum, quam  
vxorium sectando.

Hic tamen & non obstantibus, quamus clericus, 44  
principie in sacris, grantier potest, cum muliere soluta  
fornicando, eius tamen crimen solum est simplex forni-  
cacio, non vero adulterium, sacrilegium, stuprum, in-  
cestus, nec contra naturam, ex text. in hoc expresto in c.  
quia circa, de bigam. vbi loquens in clericis, habentibus  
plures concubinas, at sint irregulares, inquit, quod  
cum ipsi irregularitate non incurrit bigamia,  
cum eis, tanquam simplici fornicatione notari, quod  
exequuntur sacerdotalis officij poterit dispensari:  
idem notatur in c. Maximianus, 8. distill. & presby-  
ter, ad distill. & in cap. lator. 2. q. 7. qui quicquid Holtiens.  
& Henric. in d. c. quia circa, dicant, quod melius dixisset  
ille text. Tripli fornicatione notari: & in terminis  
hanc sententiam probavit Federic. do Sen. cors. 16. in  
cap. mulier accusata: Imol. & Card. in d. Clemens ad na-  
tum, in fin. de heret. vbi dicunt, quod si sacerdos co-  
gnoscit solutam non dicitur adulterium, sed simplex  
fornicatio. Idem Imol. in d. 8. et clericor. de vir. & honest.  
eler. Cyn. Iac. Butrie. & Saly. in d. l. 2. C. de Episc. & cler.  
Ant. de But. in cap. at si clericis in prime, ob ind. sequitur Con-  
fessio Guimier in d. pragmat. S. Gall. in gl. arcere, fol. 192.  
39 col. 2. & Hinc gl. in cap. per venerabilem, verb adulterio-  
nis, qui filii sibi legitur, affirmit, quod filii presbytero-  
rum sunt adulterini: Nam presbyteri cum fornicati-  
tur, adulterant, cum sunt quasi mariti Ecclesiarum, ut  
in cap. Cenomanensem, 5. 6. distill. quam gl. dicit menti-  
tenandam Abb. ibi num. 32. & Paul. de Elizac., & Io.  
de Ingol. in Clemens. 1. de officio ord. & notabiliter dicit  
Cosmas vbi supra, calm sequitur, & cum ea simpliciter  
transit Couart. in 4. 1. part. cap. 8. 5. num. 14. & Io. à  
Rois in epitol. success. cap. 20. num. 5. & eis communiter  
receptam refert Icl. Clat. & fornicatio, vers. cum  
presbytero autem, ex Conart. in 4. fol. 172. col. 4. & Pla-  
lib. 1. delibor. cap. 4. num. 3. & quod hoc calu sit  
annexum adulterio spirituale, tenet Abb. in cap. at  
si clerici, in princip. num. 3. ibi: Si non duxit eam in vxo-  
rem, de iud.

40 Deo dicati sint, id est, sacra, si per copulam carnali-  
mem cum muliere separantur a Deo, sacrilegi efficiuntur:  
quod ultra supradictos sequitur nuncupatum  
Cosmas Guimier vbi supra, alios allegans, id probare  
nitens ex text. in c. que Christo, & in c. virginib. 27. quæf.  
1. ex quib. dicit Abb. in cap. quia circa, num. 5. de bigam.  
quod constitutus in sacris, plus peccaret fornicando,  
quam coniugium adulterando: quem refert & sequitur  
Cosmas vbi supra. In §. fornicatio, vers. sed nunguid, vbi  
quod non sit incestus, sed simplex fornicatio: & quod  
non sit adulterium, Cæsar Lamb lib. 1. de iur. patron. fol.  
92. num. 23. col. 1. & quod tantum sit simplex forni-  
catione, refatur etiam communem Velazq. in leg. 9. Taur.  
gl. 10. n. 10.

Hec autem & communis sententia limitatur in reli-  
giofis, quia ipsi exprefse profiterent castitatem, c. cum  
ad monasterium, de statu monach. & ideo adulterium  
committunt: non vero idem est in clericis, qui so-  
lent ex constitutione Ecclesiæ ad castitatem obligan-  
tur, vt prædictissimus: Ita tenuerit plerique ex supradictis  
auctoribus, præcipue Paul. Girlandi Fel. &  
Dec. vbi supra, & Bossius d. num. 10. alios allegan-  
tes, & idem in moniali Abb. in d. cap. at si clerici, in  
prin. num. 3.

46 Limitatur & secundo communis sententia, vt con-

stat ex plerisque supradictorum, in Episcopo fornicate, quia semper dicitur committere adulterium, eo, quod post confirmationem coniugium spiritualis cum Ecclesia contrahit, ut infra dicemus: qua ratione idem dicendum est in monachis, ut praedictum. Tertio † limitant Dd. prefatam communem sententiam in factore, cognoscentes carnaliter filiam spiritualem, quae etiam dicitur, quando est ex eius parochia, secundum Abb. in c. fin. de purgat. can. vbi etiam dicit, non repetiri quod Ecclesia dilpenſatur in cognatione spirituali, licet in carnali. Eadem limitationem sequitur, sicut, eam tenere moderniores, Bossius, vbi supra d. n. 10. Contra hanc tamen limitationem videtur tenere Bern. Diaz in sua praxi crim. Canon. c. 75. n. 2. probans quod ex confessione non contrahitur cognatio spiritualis, & sic non potest dici incestus: Limitationem tamen vetorem esse existimo, per tradita per eundem Bernard. Diaz in d. practica a crim. c. 76. ut infra dicemus in sexta limitatione communis sententiae circa depositionis penam.

48 Non obstant † fundamenta & rationes superius contra praedict. communem, de qua nunc agimus adducta. In primis enim negamus, clericum in sacris contrahere matrimonium cum Ecclesia per suscepionem facrorum ordinum, quicquid de hoc dicat Menoch. de arbit. iud. cent. 5. cap. 42. n. 1. id enim tantum inuenitur expressum in Episcopo electo & confirmato, ut ex hoc contraxisse proprie dicatur matrimonium spirituale cum Ecclesia, & inde ea efficiatur ipsius sponsa, ut in inter corporalia, de translat. Episcop. &c. cum inter canonicos de elect. non vero in aliis clericis rectoribus, nec beneficiatis, saltem proprie, etiam inter canonicum & praebendar. ut latissime resoluti alios citant Caesar Lambert. de iure patron. lib. 1. art. 9. question. prin. p. n. 23. fol. 89. in mag. nec est aliquis text. qui hoc prober, prout non probat d. amb. de monachis supra citata, nisi in religiosis, ut supra diximus.

49 Non etiam † obstat gloss. in d. c. per venerabilem, cum sequacibus, affirmans, quod filii presbyterorum sunt adulterini, quia cum fornicantur, adulterantur, cum sint quasi mariti Ecclesiarum, vt in d. c. Cenomanensem, § 6. dist. Nam respondeo in primis, text. illum hoc non probare, sed tantum quod filii adulterorum & presbyterorum aequiparantur in hunc sensum, ut virtus que sint abominatione Domino: hoc autem diversum est ab specie glossa & nostra, ac proinde nihil facit pro glossa illa.

Deficiente igitur fundamento glossa, corrut eius adiudicium. Praterea figura nostra non interpretum est, dicere, quod clericus fornicando cum muliere soluta, commitit adulterium, ac proinde filii inde natu dicuntur adulterini: Hoc siquidem nullibi probatur, sed potius expresse contrarium in d. cap. quia circ. & bigam. cum simili. Nam quod ipse praefatetur de matrimonio contracto per sacri ordinis suscepionem, commentantium est etiam, ut praedictum. Rectius igitur communis assertio habet contrarium, ut probauimus, sicut glossa, contraria improprie loquitur, & ita necesse est dicere secundum Iul. Clar. vbi sup. in § fornicatio. vers. cum presbyter, vel, ut verius existimo, non est vera, sed potius contraria opinio communis, ut docuimus.

Quinimo in specie gloss. d. c. cum pridem, de filiis presbyterorum loquentis veteri & receptori sententiis est, quod dicantur stupri, non vero adulterini, ut resolutum Ioan. à Rojas in epist. success. c. 1. n. 21.

50 Nec quoad † sacrilegium obstant text. in dist. c. que Christo, & c. virginibus, illa enim iura loquuntur in virginibus Deo dicatis, quae quidem sunt sponsi Christi, ac proinde ex coitu cum moniali hæc crimina

committuntur, sacrilegium, incestus & adulterium, ut probat gloss. in d. c. virginibus, & alios referens Bernard. Diaz in prat. crim. Canon. cap. 75. num. 1. & stuprum, ut ibi per additio. & Paul. Garland. de penis omnis, coitus, quest. 1. num. 10. vbi optimo iure probat praed. crimina committi ex coitu cum moniali, sicut in monachis, idem supra refolumus eadem ratione.

Quoad † stuprum non obstat, quod clerici in sacris ex constitutione ecclesiæ tenentur seruire castitatem, Nam cum essentialiter ea non sit annexa ordini sacro, ut praedictum, non erit stuprum nisi cum virgine aut vidua honesta fornicaverint. Non tamen etiam quod incestum oblat gloss. in d. c. 2. de Episcop. & cler. quia eam reprobant Cyn. Butric. & Salyce. ibid. n. 2. & Bald. in l. s. quis incesti, n. 2. vers. quarto, c. de incest. mpt. Corset singul. incip. fornicatio, in fin. & est periculosa secundum Anan. & Felim. in c. cum diuersis, n. 6. de accusat. & communiter reprobat gloss. secundum Salyce. ibid. vt refert Ioan. à Rojas d. c. 1. n. 21. & d. c. 20. n. 35. (quamvis ego hoc non inveniam apud Salyce. sed tantum quod simpliciter reprobat gloss. ibi ibid. n. 2.) nam proprie non est incestus filius presbiteri, secundum Couar. in 4. de flosn. 2. p. c. 8. § 5. n. 14. sed Iupiter, secundum magis communem sententiam supra relatum. Quod autem coitus clerici in sacris, cum muliere soluta, non sit contra naturam, est de rectum. Nec obstat dictum Ioan. Fabri in contrarium allegatum, quia illud procedit quantum ad peccatum, non vero quod pœnam temporalem, ut praedictum.

Superest † modo in proposito videre: Qua pœna punita debet clericus concubinarius cum solita. Et sane Ant. de Butrio in d. c. at si clerici in primo. & ante eum Archid. in c. notum, 2. quest. 1. tenet quod debet deponi. Quam opinionem sequitur & testatur communis Aret. in c. cum non ab homine, vol. 10. de iud. post alios, quos citat, prout etiam referunt Dec. in d. c. at si clerici, in princ. n. 36. & Menchac. de success. creat. § 22. n. 49. & Iul. Clar. in § fornicatio, vers. Sed querendo, adducunt pro hac opinione text. in c. a. multis, de art. & qualitat. & in c. erib. sc. 32. distin. & in c. s. quis omnem, quest. 7. circa fin. vers. si quis vero, sed cum reuera iuxta veterem & receptorem sententiam, quam praedictum, hoc casu clericus fornicarius non committat prædict. crimen, sed tantum simpliciter fornicationem, pro eo non debet adeo gravi pœna puniri, ut depnatur, ut tenet Abb. in d. c. at si clerici in princ. n. 36. de iud. nisi index aliud arbitrabitur, ut infra dicemus: & quod clericus † pro simpliciter fornicatione non deponatur, sed solum modo suspensionis pena ab officio & beneficio ad tempus plecentis si, & testatur communiter teneri gloss. in cap. Maximianus, in vers. remaneantur, 81. distin. quam refert & sequitur Abb. in c. ex parte, n. 1. in fin. de testibus quam sententiam late probat Barbat. in d. c. at si clerici in princ. col. 37. sequitur & dicunt communis scribentes ibi: & in specie Imola ibi n. 11. Fel. 14. Dec. 16. vbi responderet fundementis contrarie partis, & sequuntur magis communiter Dd. secundum Bero. n. 165. cum sequentibus, & probat Follerius in prat. crim. Canon. fol. 22. n. 6. Selua de beneficio in 3 p. q. 3. n. 13. cum seqg. fol. 52. vol. 1. tract. diuer. doct. in antiquis, vbi n. 16. limitat, nisi post monitionem superioris noluerit desistere. Duennas in reg. 101. in princ. Bermon. in tract. de public. concub. pag. 251. n. 10. cum aliis, Bernard. Diaz in prat. crim. c. 71. & Bossius in titulo de coitu damn. num. 10. testatur communem plures referens Menchac. de success. creat. §. 22. num. 48. vbi n. 50. quod haec pars in vobis forensibus sibi recepta videatur, & Iul. Clar. vbi sup. §. fornicatio, in vers. sed quarto,

quæro, est magis communis secundum Didac. Perez in 1. 2. 1. 3. lib. 1. ordin. col. 7. Eandem sequitur & probat Caesar Lambert. de iure patron. lib. 2. 1. par. quest. 9. art. 20. num. 15. cum sequentibus fol. 97. vbi in 19. cum seqg. eleganter ex hoc probat opinionem Ioan. And. Antonij & Petri in d. c. clericorum, tenuentium, magis peccare laicos coniugatos fornicantes, quam clericos non conjugatos: quæ est communis sententia secundum Abb. in d. c. ut clericorum n. 6. quāmis dicat, apud se non esse sine dubitatione, quin clericus committat adulterium spirituale & sacrilegium, sed communis & veteri sententia in hoc de adulterio & sacrilegio, est, quam praedictum contra Abb.

51 Hæc tamen † communis sententia, quæ habet, ut clericis pro simpliciter fornicatione non debet deponi, sed solum suspensi, limitatur primo in clericis committente fornicationem, qui insigne habet deformitatem, pro ea namque deponendas erit, sicut pro adulterio, incestu, stupro & similibus, iuxta gloss. in d. c. Maximianus, & in c. lator. 81. distin. & in c. lator. 1. quest. 7. quas sequuntur Abb. & Dd. in d. c. at si clerici, de secundum Courat, qui eos sequitur in 4. p. c. 6. §. 8. n. 3. est communis secundum Paul. Garland. de penis omnis, coitus, quest. 1. n. 3. & quæst. 7. n. 2. & quæst. 5. n. 2. vbi de incestu consilio per clericum cum nouerit & alii, & in commissio cum committire, idem probat Bernar. Diaz d. c. 76. n. 4. & quod clericus deponatur propter incestum, idem Bernar. Diaz. c. 78. n. 2. & propter adulterium, testatur communem alios referens Iul. Clar. in §. adulterium in vers. clericus autem, & hæc limitatio prima est communis, secundum Petrum Duennas in reg. 101. limit. 2. & 5. & Menchac. de success. creat. d. §. 22. n. 49. qui cum sequitur.

52 Secundo † limitatur in clericis cognoscere carnaliter filium suum spiritualem; Is namque cum ita graue crimen committat, ut diximus supra, ob ib deponendas est, & peregrinatio duodecim annos penitentia debet, vt in c. si quis sacerdos, 30. quæst. 1. Quod † nedum 61. procedit in filio spirituali simpliciter, sed etiam in ea, quæ propter Sacramentum penitentia effecta fuit filia spiritualis: vt est text. in c. fin. ead caus. & quæst. quia omnes, quos in penitentia accipimus, ita filii nostri sunt, vt in Baptismate suscipi, vt in c. omnes, ead caus. & quæst. & d. dum text. in d. c. fin. hoc de depositione & ceteris penitentia intelligit, si in conscientiam populi veniat, intelligentem est, id est, si hoc testibus probatum fuerit: satis enim in notitia populi venit delictum, quod testibus compotabatur; quasi velut text. mitiori pœna puniendum sacerdotem, quando hoc delictum in occulto reuelatum superiori: ita Bernard. Diaz vbi supra. c. 76. n. 1. quem sequitur Greg. Lop. in l. 33. in gloss. de lo faſer, tit. 4. p. 1.

Pro qua † limitatione facit gloss. 1. in d. c. fin. dicens, 53. magis peccare sacerdotem, cognoscendo filium spiritualem, quam vxorem alterius: quam gloss. allegat & sequitur Dec. in d. c. at si clerici, n. 38. & hanc limitationem in terminis sequitur Abb. in d. c. fin. de purgat. canon. non. Fel in d. c. at si clerici, in princ. n. 14. & ibi Dec. d. n. 3. idem Dec. conf. 62. col. 1. & Joan. dc Selua de benef. 3. p. quæst. 3. in fin. n. 18. Bern. Diaz d. cap. 76. num. 1. & 2. vbi quod clericum ob hoc delictum indistincte deponeretur, immo & tempestate hac carceri aliqui per aliquos & non paucos annos manciparet: sequitur etiam Greg. Lop. vbi supr. Amplia Bern. Diaz vbi supra, vt † cadem depositionis pœna puniatur clericus cognoscens carnaliter illum, quam tenuit in Sacramento Confirmationis, cum eodem modo sit effecta eius spiritualis filia, quamvis in aliis pœnis vltro depositionem iniungendis pro hoc delicto, minor possit esse index, cum non sit ita graue in oculis hominum, sicut præcedens.

Hæc sexta † limitatio procedit etiam in sacerdotibus cognoscentes paracanam suam, quia illa dicitur filia spiritualis, quæ est de parochia eius, secundum Abb. in d. c. fin. de purgat. canon. quem sequitur Dec. in d. c. at si clerici, in princ. num. 38. & Selua vbi supra, n. 19. Credidit tamen Bernard. Diaz vbi supra, quod licet vera sit, hæc conclusio doctorum, si tamen sacerdos cognoscet filium parochie sue, nulli alio sibi vinculo spirituali coniunctam, non propter hoc estet deponendas, quia est magna extensio iurium pœnaliuum, quamvis tale facinus comittens non leviter puniendas sit.

Septima † communis sententia limitatur in religiosis, quia ipsi expresse profiterent castitatem, cap. cum CC 3 ad

ad monasterium, de statu monach. ita Fel. in d. cap. at si clerici, in princ. num. 14. & ibi Dec. num. 38. diximus supra.

67 Octauo † & vltimo limitatur in Episcopo, quia is forniciando semper dicitur committere adulterium propter ecclesiam eius sponsam, gloss. in cap. si quis amodo, 81. distin. & ideo disponendus est, vt notat Abb. in c. fin. per text. ibi, de purgat. canon. sequitur Dec. vbi supra, num. 38. hoc intelligens verum in Episcopo consecrato, securus in electo tantum, quia is non dicitur proprii Episcopi ante consecrationem, vt ibi per eum sequitur Bernond. Chober. in tract. de public. concub. in vers. & alios num. 15. quem refert & sequitur Menoch. de arbitr. iud. centur. 5. cap. 418. num. 4. & Selua vbi supra, num. 17. De hac tamen limitatione dubitat Felin. d. num. 14. & ab ea dissentit Corset. in verb. forniciatio. Sed immo in contradictione est verior & communis sententia, vt Episcopus propter fornicationem, etiam si semper dicitur committere adulterium, non tamen ob id deponatur, vt refert & sequitur Cesar Lambert. de iure paron. lib. 2. 1. p. quæst. 9. art. 20. num. 20. fol. 97. col. 4. vbi assignat bonitatem, scilicet propter nimiam aquiparationem, quam habet matrimonium spiritualis, quod consistit inter Episcopum & Ecclesiam, & matrimonium carnale: unde sicut per adulterium non separatur in totum matrimonium carnale, sed tantum quoad thronum, vt in toto tit. de adult. in Decretal. ita etiam in matrimonio spirituali, licet committatur adulterium per Episcopum, non deponetur ipse, quia si hoc fieret, in totum separaretur: quod fieri non potest, propter auctoritatem Christi dicentes: Quod Deus coniunxit, &c. que etiam habet locum in matrimonio spirituali, vt in cap. 2. de translat. Episc. & in c. nisi cum pridem de renuntia. cum simili. Que communis sententia hodie probata videtur in sacro Concil. Trid. Sess. 25. in decreto. de reform. cap. 14. circa fin. quatenus ibi hæc pena Episcopo concubinatio statim non infligitur, sed in hunc modum disponitur: Episcopi quoque, quod absit, si ab huicmodi crimen non absimerit (loquitur enim in crimen concubinatus) & a Synodo provinciali admoniti se non emendauerint ipsi facto sunt suspensi: si perseruerent, etiam ad Sanctiss. Romanum Pontificem defenserant, qui pro qualitate culpe, etiam per privationem, si opus fuerit, in eos amaduerat. Et hæc, que dicta sunt, circa depositionis penam sufficiant.

68 Cum igitur & regulariter pena depositionis non sit impensa clericis pro simplici fornicatione, sufficeret ut videamus, qua alia pena facienda sint pro praed. crimine frequenter committi solito; Et in hoc Abb. in d. c. at scilicet, in prin. num. 36. de ind. dicit, quod cum iura in hoc vario modo disponant, quandoque apponendo penam acerbam, quandoque mitem, & quandoque mitius procedendo, medium viam amplectendo, vt patet ex iuribus per eum ibi allegatis, relinquunt arbitrio superioris, vt confederatis circumstantiis, & scandalo inde surgente, & confuetudine patris, apponant penam, quandoque depositionis, quandoque suspensionis, & quandoque privationis à beneficiis, quandoque prius moneat, quandoque sine monitione prius, ex quo constat de delicto: Sibi enim videtur data optio, ex quo varias penas & modos procedendi à iure seperatus traditos: sequitur Bernar. Diaz in tract. crim. cap. 37. num. 3. Tandem quod clericis ob simplicem fornicationem sit arbitrio iudicis puniendum, tenet Corset. in suo sing. verb. fornici. Bernon. Chober. in d. tract. de pub. concubin. in vers. & alios non publicos, num. 10. & Mafcard. de Sulan, in tract. de cibis, 3. p. cap. 2. prout est referr-

Menoch. vbi supra, num. 3. & 5. Triginta penas concubinarii enumerat Petri. Rebuff. in concordat. Regie Francia, in tract. de pub. concub. quem ibi scripsit, & hanc sententiam approbat hodie Sacrosanct. Concil. Trid. vbi supra, d. sess. 25. in decreto. de reform. cap. 14. vers. clerici vero, in clericis beneficia Ecclesiastica, aut pensiones non habentibus, in hunc modum: Clerici vero beneficia Ecclesiastica aut pensiones non habentes, iuxta delicti contumacie perseverantiam & qualitatem, ab ipso Episcopo carceris pena suspensio ab ordine ac inhabilitatione ad beneficia obtinenda, aliusque modis, iuxta sacros canones puniuntur.

In clericis autem beneficiatis: vel pensiones Ecclesiasticae habentibus, sic disponit Concilium: Prohibet sancta Synodus quibusunque clericis ne concubinas, aut alias mulieres de quibus possit haberi suscipio, in domo vel iuxta deiunere aut cum illis vilam consuetudinem habere audient: aliquin penas a sacris canonibus vel statutis ecclesiasticis puniantur: quod se à superioribus monitis ab his se non absimulerint, tertio parte frumentorum, obuentorum ac prouenientiis beneficiorum quorumcunque & pensionum ipso facto sint priuati, quia fabrice ecclesie, aut alteri pio loco, arbitrio Episcopi applicentur, sin vero in delicto eorum cum eadem vel alia feminina perseverantes, secunda monitione ab his non parvatur in totum matrimonium carnale, sed tantum quoad thronum, vt in toto tit. de adult. in Decretal. ita etiam in matrimonio spirituali, licet committatur adulterium per Episcopum, non deponetur ipse, quia si hoc fieret, in totum separaretur: quod fieri non potest, propter auctoritatem Christi dicentes: Si ita suspensus, nihilominus ea non expellat, aut cum illis etiam versentur, tunc beneficis, portionibus ac officiis & pensionibus quibusunque, ecclesiastico perpetuo priuenter, atque inhabiles ac indigni quibusunque honoribus, dignitatis, beneficis, ac officiis in posterum reddantur, donec post manifestam vita emendationem ab eorum superioribus cum his ex causa visum fuerit dispensandum: sed si postquam eam semel dimiserint, internistum confortum reperire ait alias huicmodi scandalois mulieris sibi adiungere ausi fuerint, præter præd. penas, excommunicacionis gladio plestantur, nec quavis appellatio, aut exemplo predictam executionem impedit aut suspendat, supra dictorumque omnium cognitio non ad Archidioceses, nec Decanas, aut aliis inferioribus, sed ad Episcopos ipsos pertinet, qui sine strepitu & figura iudicij & sola facti veritate inspeccio procedere posse: Ita luctum Concil. Trid. vbi supra, cuius verba referunt nouissime Nauar. in Man. Lat. cap. 25. num. 109. & Menoch. vbi supra, num. 11. & statuta ab eo contra concubinarios, tam clericos, quam laicos, monitius V. omnes locorum ordinantes: & in virtute sancte obedientie eis præcipit, vt dirictè faciant obseruari, reddituri Deo & sibi; si id omiserint, ratione: vt patet ex eius Bulla prohibitionum blasphemia, sodomitæ, simoniæ, concubinatu, &c. lata an. 1566. in vers. Monimus præcepta: & stante præcepto, dispositione Concil. omnino seruanda aduersus clericos concubinarios refert non cuto aliam priorem contra eisdem Concilij Basiliensis, Sess. 20. cuius literam referit Bernar. Diaz vbi supra, dicens, præcept. Sess. 20. fuisse factam ante eius Concilij scissuram, de quo late differimus supra lib. 1. Canon. quæst. cap. 1. per totam: nec referre etiam Concilij Rhenensi. sub Eugenio II. cap. 2. relatum a Rebuffo vbi supra, num. 12. Dubium † tamen 69 se nobis hic offert breuerter explicandum, antequam ad alteriora procedamus: An in puniendis clericis concubinariis indices Ecclesiastici severitatem, auge iuris rigorem omnino seruare debent, an vero aquitatem sit venditur has in re? Et videtur quod seueri debent esse propter gravitatem criminis, atque ipsius frequentiam,

## Canoncar. Quæst. Lib. II. Cap. VII. 307

tiam, vt admonet Menoch. vbi supra, num. 6. quia pestis haec propter nimiam contagionem indiget ferro ignito, vt in cap. ecce, 24. quæst. 3. ferro enim abstundenda sunt vulnera, qua fomentorum non sentiat disciplinam, vt in cap. quam plurimos, 82. distinctione, siquidem scabiosa ouis à caulis est repellenda, ne tota domus, massa corpus & pecora ardant, corruptantur, putrefacte & intereant, vt in cap. refecande, 24. quæst. 3. qua omnia in proposito adducit gloss. pragm. S. Gallic. in tit. de concub. §. & cism. omne, fol. 200. in princ. vbi ideo in text. in §. in concilis, dicitur in proposito, condigna pena severeretur procederetur.

Nihilominus tamen Abb. in cap. at si clerici in princ. num. 36. de iud. tenet oppositum, nempe, quod in hoc delicto fornicationis semper iudex declinet ad minorum partem, qui pauci (vt inquit Gregorius) sine vita incontinentia reperiuntur, vt in c. quæst. 50. distinct. & melius est redargi à Deo de misericordia, quam de seueritate, & alij. 26. quæst. 2. quod sequitur gloss. d. pragm. S. Gallic. tit. de concub. §. panis alii fol. 106. in princ. & Bernard. Diaz. d. o. 73. n. 3. vbi eius additio alia in favore adducit. Quid tenendum Ego, quoties iuxta premissa arbitrio iudicis plestantur vel clericis fornicariis non vero pena extra ordinaria, hanc secundum partem, eligerent, nempe, vt tunc iudex semper, obseruantur tamen circumstantiæ delicti eisque attentis, potius declinet in minorum partem, per predicta: quia tunc locum habet arbitrium & misericordia, prout tandem in posterum, ne ita parva sit condemnatio, vt ob patnitatem penae facile le clericis in idem crimen reincident: & ita semper obseruantur in hoc Episcopatu Ciuitatis, cum eis in eo Prouisor, & in Placentino aëslerior Vicarius generalis, paniendo clericos huiusmodi penam aliqua pecuniaria moderata, & nonnumquam reclusionis in Ecclesia ad breue tempus, quando delictum erat notorum & inquietatum, ex quo scandalum magnum ortum erat in populo, vel si forte reiteratum fuerat, monitione precedente contempta, quoties aliqua iusta causa & ratione penæ ordinariæ locum minime olle exiliabitur.

Quod si iuxta formam & dispositionem decretri Concil. Trid. prædictati locus est penæ certæ ac determinata, & si ordinariæ ciudem, quia præcessit motio, & ei non fuit paritum ac delictum poeta sequuntur, legitime probatum sit, nec aliqua legitima causa moderandi candem penam intercedat aut subfistat, tunc ad vnguem seruante dispositionem Concil.

Trid. mod. relatam, tum propter præcisam obligationem, qua omnes tenentur candem seruare, & ea quæ causa legitima recidi non licet: tum etiam propter præceptum sub virtute sancte obedientie a Pio V. in sua præcept. Bulla in id factum. Denique † & tertio, ne alias ob remissionem iniustum iudicium clericorum vomiti reciduo ab huicmodi concubinatu publicum redeant. Opotet tamen tales superiores contra huicmodi concubinarios procedentes, esse viros graves, id est, doctinae præstantes, vite innocentis & inculpatae, ac nullius criminis labe notatos; alias enim si tales non essent, illis diceretur;

Turpe est doctori, cum culpa redargi ipsum. Ut monit. gloss. dicta pragm. S. Gallic. in tit. de concub. §. in concilia pag. 185. verbo seueriter.

71 Clericus tamen concubinarius in proposito dicitur, qui solutam mulierem & corruptam nullo sibi spiritualis vel carnalis cognitione vinculo coniunctam domi retinet, cum qua confundit carnaliter commisceri. Nam alias viri tantum concubitus, solum eum fornicarium faceret, & ideo non esset dam-

nandus penæ concubiniorum; quod si concubina esset muta, virgo aut sibi sanguine coniuncta, tunc esset grauius delictum grauiorque pena puniendum, vt supra est dictum: nec est distinguendum, sola ne retineatur domi concubina per clericum, an sub velamento, quod pedis: quia sit maris, sororis, amica vel alterius, cuius cohabitatio clericis non inhibetur; dum tamen confiteat possit, quod eam habet in concubinam. Idemque esset, si clericus in alieno domo notam foemina habeat, cui solerit carnaliter commisceri, si de hac confuetudine confitetur & diffamatur est in suu vel ipsius foemina vicinia, licet ad effectum concubinatus, de iure ciuili alias requiratur, quod sit retenta in domo: spectu tamen panitia delicti clerici concubinarij sufficit quod prædictimus: populus enim suis domi, siue extra eam habeat clericus, concubinam vocas cumque reputat concubinatum. Ita Bernad. Diaz in pract. crimin. cap. 73. num. 1. & late probat Awend. 2. p. c. 16. pragm. num. 13. cum seqq. vbi quomodo probandus sit publicus concubinus clerici, monachi vel vxorati, ad panientes eorum concubinas penas a legibus Regis eisdem impositis. Addit gloss. pragmat. S. Gallic. in tit. de concubinario, §. ipsa autem, in gloss. concubinaria, vbi quod concubinaria large accipitur pro quacunque muliere, quam clericus tenet in domo sua luxurioso affectu, siue propria sue conducta, aut gratia, siue hostilitio accepta, siue etiam sit ipsius concubina, dummodo simul habitent: & haec habitatio talis esse debet, ut simili viuam & siue commensales, alias non dicuntur cohabitare: quod etiam probat Palat. Rub. in repet. o. per vetras, §. 21. n. 17. de donat. inter vir. & vxor. dicunt, quod attenta legi Regni, qua publicitatem 73 requirit, ne aliae mulieres hoc videntes, in simile delictum cadant, illa dicitur publica concubina clerici, monachi, religio vel vxorati, quae communis opinione vicinorum, pro tali concubina reputabatur, quia scientibus & videntibus vicini, ille domum eius intrat & connescatur, & e contra illa domum eius frequentat, & alimenta & alia recipit: Hanc reputat Palat. Rub. publicam concubinam, vt debeat puniri penis legum huius Regnivnde non sufficeret quod fuerit in delicto vel concubinatu deprehensa: Sola enim deprehensio in delicto, non reddit delictum publicum vel notorum, nisi aliter quis coniunctetur, vt ibi per eum, causis dicta in hoc probant Aut. Gom. in l. Taur. cum seq. n. 12. plures allegans, & Aules cap. 27. pret. in gloss. mancuba publica, nam. 1. & Didac. Perez in l. 4. in gloss. mancuba publica, cap. 102. col. 1. tit. lib. 8. ordinariam.

Hæc autem quod exigendas penas a publicis concubinis clericorum religiosorum arque vxoratorum à legibus Regis impositis del marco de plate, & ceteras penas earumdem exsequendas, fonte procedent, nempe, requiri prædictum publicum concubinatus, vt se arceat corca cupiditas iudicium secularium, qui stante quacunque probatione publice vocis & famæ concubinatus in vicini prædictarum personarum, statim eas condemnant in prædicto, penis, & quia tertia pars del marco ipsi indicibus applicatur per easdem leges, vnde merito, vt ad condemnationem penæ ordinariæ prædicta omnia ita exæcta, vt Palat. Rub. dicit, probari debent, alias minime locum habeat condemnationis penæ ordinariæ, vt ipse præfatur & tenet, sed monitions & alius extraordinaria penæ, cuius nulla pars iudicis sentienti, sed fisco applicati debet; vt per iudices timoratus & attentatos sit: & saepissime per adiutorios allegati solet opinio sup d. Palat. Rub. in fauorem & defensionem harum mulierum, qui non fatentur, aliqua pena eas esse condemnandas, sed potius omnino liberandas esse per sententiam contendunt, & quod concubinatus publicus requisitus

Ce \* \*

à legibus Regiis, non probetur sufficienter iuxta requira per Palat. Rub. *vbi supra.* & sequaces adhærentes semper eius dicto: quod profecto, cum agitur de pena ordinaria exigenda & infligenda, securius acratione inique congreuens videatur, quamvis iudicis ipsi dictum Palat. Rub. in hoc, ut plutimum non sequatur; sed quod prædictum, faciunt.

**74** Sed quod tñ puniendum clericus concubinarius pena arbitria, ut prædictum, non ita exæcta probatio requiri, sicut ea, quamvis exigat Palat. Rub. qui contra clericum minima loquitur; sed contra eius concubinam & ad effectum exigendi ab ea penam legibus Regiis publicis concubinis clericorum impositam: quod est diuersum: unde ad puniendum clericum concubinarii sufficit probatio quamvis prædictum ex Bernard. Diaz præcipue, cum in clericis magis & potiori iure prohibetur impudicitia quæcumque propter obligationem, qua tenentur ex constitutione Ecclesiæ obseruandi castitatem, sive puniti sunt ex quæcumque fornicatione, quamvis non vt concubinarii, si confutendim fornicandi non habeant; si vero illam dicti clerici habeant, grauius puniantur, licet ea omnia, qua ita exæcta requiri Palatus Rub. ad probationem publici concubinarii, non probentur, sed tantum quod prædictum: alias enim impunitus remaneret concubinus publicus in clericis, si ipsi alimenta non praestarent concubinis; vel si hoc non probaretur, quamvis reuera praestarent alimenta cæteraque necessaria, sive occasio præberetur, ut paucum clerici habent concubinas, occulte ministrando eis necessaria: & hoc in clericis indubium reputo, nempe, ut ad puniendum ipsorum concubinatum, non requiratur necessario probatio eorum, quia dicit Palat. Rub. sed sufficiat probatio alias iuridica contra cooperatorum quod Palat. Rub. non loquitur, quando procedunt contra clericos publicos concubinarios, sed contra eorum & similium personarum concubinas publicas & ad imponendas eisdem penas l. Reg. quod maxime à nostra specie differt.

**75** Quinimo tñ & contra clericorum & similium concubinas publicas, & respectu penarum l. Reg. adhuc Auend. *vbi supra* num. 13, credit aduersus Palat. Rub. non esse necessarium, quod ultra conuerstationem clerici & concubina, illa recipiat a clerico alimento vel alia necessaria, vt dicatur publica concubina; Nam concubinus ex luxurio affectu & commixtione causatur, ut ibi probat; Quandocunque igitur constiterit de isto luxurio affectu & commixtione, probatus est concubinus; quod si hic publicus fuerit, erit punibilis penis legum huius Regi, aliter impunitus esset publicus concubinus, si ipse non praestaret alimento concubina sive: fatur tamen apertius istud presumendum, si mulier recipiat alimento à concubinario; & hanc opinionem Auend. contra Palat. Rub. sequuntur communiter indices scularies, que (si alias recte probetur publicus concubinatus) non videtur à probabilitate aliena, cum leges Regiæ de hoc agentes, nuncupatum non requirant, quod concubinarius publicus praestet alimento sua concubina, ad hoc, ut ipsa penis earum puniri possit, cameli his probatis erit crimen indubitate probatum: quod autem non admittit, eti. vt ex quæcumque probatione publica fama concubinatus, iudices concubinas in penis legum Regiarum condement: Hoc namque minime sufficit, nisi de publicitate constet per legitimos testes deponentes de diffamatione & rei evidentiæ mutuæ conuerstatione & frequenti suspectæ amicitia, & ceteris supra enarratis per Palat. Rub. *vbi supra.* præter illud de alimentis & aliiorum nec-

siorum præstitione, ut resoluunt Bernar. Diaz & Auend. *vbi supra.* sola namque deprehensione in delicto non sufficit ad condemnandam concubinam in penis dictarum legum, ut recte probat Palat. Rub. *vbi supra.*

Sed ad hoc, ut tñ clericus concubinarius puniri pos-

76 sit pena suspensionis vel priuationis, si non est publicus concubinarius, precedere debet monitio, secundum Innocent. in cap. si autem de cohabit. cler. & mul. quem requirit & sequitur Propof. in c. nullius, 2. dist. & Bernar. Diaz d.c. 73. *vbi supra.* quod ad hoc, ut prælati excusentur à monitionibus faciendis clericis sive diœcessis, in hac materia prudenter facient, non omnino omnes generaliter in suis constitutionibus synodalibus, ne concubinarii sint, contra facientibus penas debitas irrogando, & ibi additio litera F. hoc intelligit procedere contra illos clericos, qui secundum legem diœcessanam tenentur in synodo comparetur, alias enim ex quæcumque via iudex procedat, monitio debet permitti, nec sine ea iudex Ecclesiasticus procedere debet ad imponendas dictas penas, nisi talis clericus effet manifestus concubinarius & incorrigibilis, immo trinam monitionem requiri iura, ut in cap. si quisquam, & in cap. si autem, de cohabit. cler. & mul. per quae iura ita tenet glof. pragmat. sancti. Gallic. titul. de concub. §. necnon, verb. monere. fol. 170. pag. 2. & fol. 171. pag. 1. vbi quo contra clericos concubinarios occulos, non publicos, non videtur sufficere vna monitio peremptoria, ante quam ad probationem procedatur, nisi superior concubinarius publicus in sua presentia monialiter, quia tunc sufficit vna monitio; quia monitio facta per iudicem, habet vim trinæ monitionis, ex text. in l. 2. & ibi Dd. C. quoniam, & quando ind. secundum communem intellectum eiusdem legis, monitio tamen generalis, quod omnes clerici publici concubinarii dimittant concubinas, non sufficit ad infligendam penam priuationis beneficiorum, sed monitio specifica requiri: & postea in glof. sequenti, verb. teneatur, notatur, quod omnia monitione, non posset Episcopus procedere ad priuationem beneficiorum contra publicum concubinatum: & idem quod suspensionem, Nam si quis est diffamus de concubinato, antequam fiat suspensio, requiriuntur tres monitiones: & factum Concilium Tridentinum *vbi supra* citatum pro secunda & ulterioribus vicibus requirit monitionem fiendam, vt condemnationi penarum, de quibus ibi locutus est: & fess. 21. in decreto de reforma c. 6. ad fin. dicitur: Eos vero (scilicet clericos) qui turpiter & scandalose viuant, possumant promoniti fuerint, coercant ac castigent, & sed ad incorrigibiles in sua nequitia perseverent, eos beneficis, iuxta sacrorum canonum constitutiones, exemptione & appellatione quæcumque remota, priuandi facultatem habent.

Supra dicta tñ tamen procedunt quod penam priuationis beneficiorum vel suspensionis indicandam, ad cæteras penas de quibus in d.c. si quisquam, & c. si autem, & in Cone. Trident. c. practicato, tunc enim merito vi prius moneri debet clericus per gravitatem penæ: at vero tñ si alia mitoria pena condemnandus veniat, nempe pecuniaria vel reclusionis ad modicum tempus in Ecclesia, ob concubinatum notorium & scandalosum, pro prima vice existimo, non esse necessarium ad hanc condemnationem infligendam præcessisse ullam monitionem; Quandoquidem citamen notorium à iure damnatum commitit, & ob id veniat arbitrio iudicis puniendus: quod teneat Didac. Perez in l. 23. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 171. in prin. dicens, non esse grauen inferendam penam, quo usque monitus sit, ut a criminis deficta, quamquam si sit notorium, possit

## Canoncar. Quæst. Lib. II. Cap. VII. 309

possit arbitrarie puniri: sed in eadem sententia à iudice monendum est, ut in posterum se à simili conuersione illicita abstineat, sub penis à iure & facto Council. Trident. contra publicos concubinarios impositis: & hac monitio cum sit facta à superiori in præsentia clerici & cum causa cognitione, sufficit pro tria, ad inveniendas cæteras penas, si post primam monitionem reciduo vomiti ad crimen præstatum redierit, à iure & facto Cone. Trident. impositas iuxta supradicta: & simile obseruabitur pro ulterioribus vicibus reincidentia, ut ad ulteriores penas procedi valeat; ac ita in praxi semper obseruantur, & ab aliis iudicibus Ecclesiasticis obseruati vidi: Si vero fornicatio occulta sit & senil vel bis commissa, sola monitione & condemnatione expensarum pro ea iudices contenti esse debent.

**78** Quod si tñ post monitionem præmissam, clericus concubinum non dimittat, reputabitur publicus concubinarius, ut probat Cosm. Guim. in d. pragmat. sancti. Gallic. tit. de concubin. §. publici. in gloss. dimittit. fol. 190. ad fin. 1. pag. vbi quo hoc est notorium præsumptuonis: Ex fulpicione enim mulieris suspecte habitantis cum clerico in domo sua spreta monitione, habendus est iste clericus tanquam publicus concubinarius, ac proinde penas eo cauus statutis punitur.

**79** Dubium tñ tamen est: An index Ecclesiasticus possit punire clericum adulterum, nempe illum, qui cum muliere nupta fornicatur? Et videtur quidem, id minimè licet, quia agitur de honore matrimonij & sacramenti: quare ipso non accusat, iudex non debet se in eo intromittere, propter periculum, quod verisimiliter inde timet potest, quod maritus sciens adulterium contra se commissum, occidet mulierem suam, & ideo tñ nemo, nisi maritus potest adulterum accusare, etiam data negligenter ipsius, ut in l. 3. tit. 7. lib. 4. For. leg. vbi nota Montal. Et ita communiter practicatur secundum Ant. Gomez in l. 80. Taur. num. 49. vbi Cifuent. in vers. tert. dubitans bene declarat, & etiam testatur de praxi, & præterea Gregor. Lop. in l. 2. tit. 17. part. 7. in gloss. tan negligente, in princip. & Anton. de Padilla in l. transfig. num. 92. de transfig. & Ignatius Salced. in add. ad Bernard. Diaz in practic. crim. Canonico. cap. 78. litera C. Quinimo tñ nec index ex officio potest inquirere super adulterio, ut in l. 2. titul. 19. lib. 8. Noua Collect. Reg. vbi dicitur: Pero declaramus, que ninguna mujer casada preda de zirce manceba de clero, frayle, ni casado, &c. Y que la tal mujer casada no preda ser de mandado en iuzizo, ni fuera del: salvo si su marido la quisiere acusar: per quam legem ita tenet in terminis Greg. Lop. *vbi supra.* & de iure communis idem probat Matth. de affl. in decisi. Neapol. 176. num. 2. nempe ut de adulterio non inquiratur ex officio, nisi quando effector probatur: sequitur Maran. de ordin. iud. 6. p. in princ. num. 170. vbi etiam limitat ex codice Matt. de Affl. in constitutione legum asperitate. col. 4. quando maritus vel alius accusatur & postea destituit, quia tunc index inquietus. Haec tamen limitationes in nostris Regnisi non procedent, vt credo per l. 2. in verbis supr. relatis, que indistincte prohibent procedi ex officio, nec alio modo contra mulierem nuptam concubinam alterius, nisi marito accusante; prout etiam probat Palat. Rub. *vbi supra.* d. 5. 21. num. 21. Haec tamen licet tñ vera sint recteque iure procedant, vno tamen casu licet iudici procedere contra mulierem nuptam concubinam clerici, religiosi vel vxorati, duobus concurrentibus, nempe quod sit publica concubina clerici, &c. & retenta in ipsius domo, vt disponit l. 3. statim sequens dict. titul. 19. lib. 8. Non. Collect. Reg. per quam l. ita tener-

Nihilominus tamen in haec præsentis specie contrarium indistincte determinat Bernard. Diaz d. c. 79. n. 6. nempe, vt non obstantibus d. legibus Regiis, index Ecclesiasticus possit punire clericum in hoc delinquentem; nec reus valebit opponere, quod maritus non accusat, quia non potuerit illæ leges Regiæ Ecclesiasticos iudices impetrare, ne ad emendam suorum clericorum procedant: aliter enim clerici omnes incontinentes libidinem suam potius cum nuptis, quam cum mulieribus solitus expletent. Cum fecerit & impunis id agere cognoverit, & inquit ita se iam practicaliter, dum efficit Vicarius Salmant. & obtinuisse coram superiori in gradu appellationis. Debet tamen in hoc magna adhuc cautela, quia si delictum non est publicum, aut creditur maritum ignorare, periculumque inde vxori timeri possit, secreto in camera processus fulminetur, immo & nomine mulieris tacito, nec non & mariti & familiaris disciplina corrigatur telegitur, que fine expressione caule in sententia: quod si fab ea appelletur, horretur iudex superiorum, vt secrete ab eo causam exquirat, ne alias delictum publicetur; idque debet superior obliterare, ne si aliud agat, cogat inferiores iudices ad dissimilandum adulteria similia, & adulteri ex hoc insolentiores fiant: sequitur Auend. *vbi supra.* num. 8. & Anton. de Padilla in d. l. transfig. num. 90. in fin. Quod si adulterium clerici adeo fit notorium, maritique persona ita vilis, quod præsumi possit ipsum scire & patui pendere tunc index

iudeo Ecclesiasticus poterit publice & libere de adulterio tradare & penam imponere, secundum Bernard. Diaz vbi supr. cuius in hoc sententia mihi placet, ne delicta clericorum mancane impunita.

83 Nunc autem t' offert se nobis questio difficilis examinanda: An clericus notarius concubinarius, aut forniciarius, cuius crimen nulla ualeat tergiuersatione celari, si ante penitentiam celebret, si irregularis? Quod videatur quasi hic sit ipso iure ante penitentiam suspensus, non posse. Sed huic difficultati primo respondeo, adhuc isto casu requiri monitionem praecedere, iuxta opin. Hug. Laur. Arch. Ioann. de Lign. & Card. quos refert Abb. in c. vestra. n. de cohabit. cler. & mul. quam sequitur Lambert. vbi supr. & alij. Sed quia Abb. in d. c. fin. in 4. notab. & alij plures quos retulimus supra lib. 1. c. 1. n. 44. tenent contrarium, iudeo secundo & per temporie responeo, quod hodie, attento Concil. Constantiens. per quod notorius forniciarius vel concubinarius, etiam si nulla tergiuersatione celari possit, non est vitandus in diuinis ante publicationem & denuntiationem iudicis nominatim factam, non est suspensus quod alios, etiam si notorius concubinarius per sententiam aut confessionem in iudicio factam, nisi fuerit per praeatum nominatim denuntiatu vel suspensus, ut exenter, ut bene probauimus d.c. 1. n. 45. libr. 1. canon. 9. Secundo, quia irregularitas non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis, ut in cap. praecep. probauimus: sed haec irregularitas in specie nullibi iniure introducta inuenitur: Igitur &c.

Nec obstat, quod cum publicus concubinarius sit suspensus ipso iure, celebrando efficiatur irregularis, iuxta reg. d.c. de sententia & re iudicatu. in 6. & cap. 1. de sent. excommunic. cod. lib. 6. Respondemus namque praedictam regulam procedere in suspensione, qua à iure direkte inducta est propter delictum, in eius penam, vt si excommunicatus quis celebret, & similes: focus in ea, quia ratione cuiadam honestatis ab ipso canone fit potius ob decorum, quam in penam directam criminis & ipsius delinqutientis, sicut illa, de qua agimus. Quare verius hanc secundam partem probabant Inno. & Ioan. And. in cap. si celebret, de clericis excommunicato ministrante, Card. in d.c. vestra. & in c. quiescit, de cohabitatione clericorum & mulier. Nicol. Plou. in tract. de irregulari reg. 41. n. 26. vol. 16. tract. divers. Dd. Speculator in tit. de dispensatione. & in tract. propositione. n. 20. Anton. de Butan. cap. 1. num. 32. & ibi l. m. 4. de indic. Archidiac. in d.c. cap. praecep. 9. ad hec vero. & Præpositus ibidem in 9. ad hoc. n. 15. & 32. Anan. & Felim. in d. c. eum dilectus, de accusatione. & Couar. vbi supr. dicens quod non auderet iuxta praeditum commun. opin. iudicare quemquam irregularem esse, tametq; confuleret, vt ab soluto at dispensatio imperaretur à Roman. Pontifice. Eadem contra communem sequitur Nauar. vbi supr. & vietorem exsumit eam sequitur Ignat. Salced. vbi supr.

Suspensus tamen ab homine vel a iure in penam directam & propriam delicti, etiam ad tempus certum vel donec peniteat, si celebret durante suspensione, erit irregularis secund. Innocen. Ioan. And. Hostiens. Henric. & alios in d. c. si celebret. Speculator. vbi supr. n. 21. ver. crassa autem, ac Socin. in d.c. ad andicentian. n. 24. de homicidio, quorum opinio magis communis est, licet alii contrarium probare conuentur, secundum Couarri. vbi supr.

De penis t' clericorum sacris initiatorum contrahentium de facto matrimonium, late disserit Bernard. Diaz de Lug. in sua prædict. crimin. canon. c. 74. per torum, & ibi eius additorum, quibus addenda est lex Reg. 41. tit. 6. p. 1. & ibi Greg. Lop.

Illiud tamen in proposito admonere lectorum libuit, ne dum cœpiat Romani singulare 830. quo habetur generaliter, quod sibi Sacerdos sunt serui illius Ecclesias.

Ita hanc sententiam Casarius Lambert. facit text. qui videtur expressius in cap. fin. de cohabit. cler. & mul. ibi: Quia quantum ad alios, etiam in casu proprio, suspensus non est, nisi peccatum huicmodi sit notorium per sententiam seu confessionem factam in iure aut per evidentiam rei, que tergiuersatione aliqui celari non possit. Sed huic difficultati primo respondeo, adhuc isto casu requiri monitionem praecedere, iuxta opin.

Hug. Laur. Arch. Ioann. de Lign. & Card. quos refert Abb. in c. vestra. n. de cohabit. cler. & mul. quam sequitur Lambert. vbi supr. & alij. Sed quia Abb. in d. c. fin. in 4. notab. & alij plures quos retulimus supra lib. 1. c. 1. n. 44. tenent contrarium, iudeo secundo & per temporie responeo, quod hodie, attento Concil. Constantiens. per quod notorius forniciarius vel concubinarius, etiam si nulla tergiuersatione celari possit, non est vitandus in diuinis ante publicationem & denuntiationem iudicis nominatim factam, non est suspensus quod alios, etiam si notorius concubinarius per sententiam aut confessionem in iudicio factam, nisi fuerit per praeatum nominatim denuntiatu vel suspensus, ut exenter, ut bene probauimus d.c. 1. n. 45. libr. 1. canon. 9. Secundo, quia irregularitas non contrahitur, nisi in casibus a iure expressis, ut in cap. praecep. probauimus: sed haec irregularitas in specie nullibi iniure introducta inuenitur:

Igitur &c.

## Canoncar. Quæst. Lib. II. Cap. VII.

311

Ecclesia, cuius pater fuit sibi Sacerdos seu clericus, ut in cap. cum multa, 15. q. 8. ibi. Proles autem aliena pollutione nata, non solum hereditatem nunquam accipiet, sed etiam in servitute eius Ecclesia, de cuius Sacerdotis vel ministri ignominia natu sunt, iure perenni manebunt: Quem text. Gratianus desumptus ex Concilio IX. Tolitanio, nempe text. illum tantum agere de filiis clericorum natus ex matrimonio de facto ab eis contracto, non vero ex eorum concubinis, aliisque mulieribus, cum quibus simpliciter concubinari: Hi namque minime erunt serui Ecclesiae, ut constat ex verbis praedictibus Concilio: vel ex ancilla, vel ex ingenua detestando consubito, &c. In quem errorum etiam incidit Petrus Duennus in regul. 345. limitat. 12. Cum enim in text. illo agatur de poena clericorum de facto vxores ducentium, hiisque grauius debeant puniri, quam alias fornientes, ut in cap. eos, 32. distinct. & incap. quidam, 81. distinct. & in cap. Presbyter. 28. distinct. extendi non debet eius decido ad filios clericorum, alias natos ex matrimonio, de facto ab eorum parentibus contracto: & in terminis ita text. illum merito intellexit gloss. ibi, verb. connubio, & est communis secundum Abb. in cap. 2. num. 5. de cohabitacione clericorum & mulier. & probat d.l. 41. tit. 6. part. 1. & l. 3. tit. 12. part. 4. vbi is causus ponitur, & defunctor fierunt praedicta leges Reg. ex dicitur cap. eos, quidam, & c. cum multa, secundum Gregorium Lop. in d. l. 19. in gloss. si fuere vassallo de la Iglesia, insuper & Cofman Guimier in pragmat. sancti Gallici tit. de concubin. 8. qui etiam, verb. cohabitare, 195. pag. 2. & Petrum Plac. in epitom. de delict. lib. 1. cap. 41. num. 31. vbi ex Speculator. in tract. de concilia in 2. part. cap. 46. ex ipso Conciliorum codice restituit literam illius Concil. Tolet. qua in nostris decretis corrupta reperitur, ibi. Super innocentia, ut legamus, Super incontinentia: & ibi: Firmari, Reformati, & ibi: Aliena pollutione, Tali pollutione.

89 Addit t' præterea eadem gloss. in d. cap. cum multa, quod quidam ibi dicatur, cum Ecclesia non sit ita iure via, perdit id, similis gloss. in cap. Dominus in verb. repellitur, 56. distinct. quas sequitur Guillier. Benedict. in cap. Raymuni, in princ. num. 21. de refam. Petrus Duen. & Placa. vbi supr., & inquit Ioan. Orose. in l. natura. num. 4. ff. de statu hominum, esse receptus, ut de confutidine talis proles sequatur matrem quodlibetate: hoc tamen non placet Abbat. in cap. 2. de cohabitatione clericorum & mulierum, num. 5. quia cum non sit memoria apud nos, quod constitutus in sacris duxerit vxorem, non possumus dicere, quod illud ius sit sublatum, cum casus accidenterit: sed si accidisset & Ecclesia non curat illos in servitute redigere, posset procedere dictum illius gloss. confutidine tamen non extenderet de loco ad locum; ut ibi probat: cuius sententia mihi magis placet, quia iuridica est, camque sequuntur fierunt Cosmas vbi supr., & Greg. Lop. in d. l. 3. gloss. fieri de la Iglesia.

## S V M M A R I V M .

1 Emptor fundi non tenetur stare colono, nisi alii conuerterit, ut in num. 31. & num. 5. ratio communis assignatur: quod procedit, etiam in locatione adit pactione de non alienando, dummodo cum eo non adit hypotheca specialis, ut in num. 14. secus sed adit, ut in num. 19. & 30. vbi quod non sufficit generalis: & quid si ultra obligationem personalis, conductor pro obseruancia sua locationis habeat obligata omnia bona locutoris, num. 15. cum sequentibus.

2 Legatarium fundi non tenetur stare colono testem.

3 Vfusfructuarium conditorem repellere potest, nisi aliud, conuerterit.

4 Empyreota potest colonum vel inquilinum expellere.

5 Fructus pendentes per fundi suam proper unitatem.

6 Singularis successor, non per viam transmissionis, sed per viam priuationis invis, quod erat in predeces sor.

7 Finitio iure datoris, extinguitur ius acceptoris.

8 Singularis successor, non per viam transmissionis, sed per viam priuationis invis, quod erat in predeces sor.

9 Conduktor expulsa singulari successore, habet actionem ad interesse aduersus locatorem ipsiusque ha- redes.

10 Singularis successor, si approbauerit locationem à priori de domino factam, non poteris illi postea conrave- nire; approbatio autem videbitur facta per rece- ptionem pensionum à colono pro illis tantum annis, pro quibus pensiones receris, ut in num. 11. Induci- tur etiam approbatio, si successor singularis dixerit colono, quod continuaret locationem ei factam à predeces sor & bene possessionem gubernares, ut in num. 12. Inducitur etiam approbatio, quando em- por pot est emptio dixit colono, volo quod sic femines, & sic facias, ut in num. 13.

11 Emptor an posset expellere colonum vel inquilinum, quando hic habet omnia bona locutoris obligata pro fecuritate locationis, ultra obligationem personale: & nro seqq. vbi latè agitur de hoc.

12 Colono in casibus, in quibus per singulararem successo- rem expelli potest, poteris rem retinere, donec sit restituatur pensio si forte eam anticipata soluit. Idem pro melioramento.

13 Scriptura publica requiratur ad hypothecam in casu l. empotem, C. de locat.

14 L. empotem, C. de locat. & conduct. an procedat in locatione facta ad non modicum tempus, & vi- tra, vel ad vitam & num. seqq.

15 Res prohibita alienari, non potest ad decennium vel ultra alienari.

16 Locatio ad nonennium dicitur facta ad modicum tempus.

17 Locatio ad vitam, dicitur alienatio & concessio perpetua.

18 Locatio ad longum tempus dicitur etiam illa, qua sit ad vitam locantis vel conductientis, vel ad ipsius vo- luntatem.

19 Vile dominum non transit ex locatione ad longum tempus, si de hoc fiat patrum in conductione.

20 L. 19. tit. 8. part. 5. an procedat etiam in locatione ad decennium, cum excipit alios casus.

21 L. empotem, C. de locat. & conduct. an procedat, quando in contracta locationis appositorum est iura- mentum.

22 Pachtum non alienando cum iuramento, non impe- dit translationem domini.

23 Iurauerit si quis vendere Titio domum, si postea illam vendat Seio, eique eam tradat, statu huic vendi- tionis contra iuramentum, licet venditor ex hoc sit perinus: idem in iurante non vendere librum, ut in num. 36.

24 Actus contra iuramentum factus non est nullus, sed validus, licet contra faciens sit perinus.

25 Iuramentum, quo quis promisit aliquid non facere, non videtur ei legem imponere, quo minus illud facere possit.

26 Iuramentum recipit omnes limitationes & subandio- nesque habet & recipere solet contractum ille, super quo interponitur.

27 Vxor solitus matrimonio, an teneatur stare locationi facta per maritum & num. seqgent. & an colono derit exceptio vel retentio in hac specie, num. 40.